

de notre propre corps, d'entrer dans l'abîme immense de l'éternité. Si Dieu ne nous conduit comme le berger conduit son troupeau, nous ferons naufrage comme tant d'autres. Ammons-nous donc de résolution; soyons prêts comme les Israélites pour cette route périlleuse; marchons sous la direction de la colonne de la foi; n'épargnons ni les premiers nés de l'Égypte,

1. Intellectus Asaph. LXXVII.

Heb. LXXVIII.

2. Attendito, popule meus, legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
3. Aperiam in parabolis os meum; loquar propositiones ab initio.
4. Quanta audivimus et cognovimus ea, et patres nostri narraverunt nobis!
5. Non sunt occultata a filiis eorum, in generatione altera.
6. Narrantes laudes Domini et virtutes ejus, et mirabilia ejus quæ fecit.
7. Et suscitavit testimonium in Jacob, et legem posuit in Israel.
8. Quanta mandavit patribus nostris, nota facere ea filiis suis, ut cognoscat generatio altera.
9. Filii qui nascentur et exurgent, et narrabunt filiis suis.
10. Ut ponant in Deo spem suam, et non oblitiscantur operum Dei, et mandata ejus exquirant.
11. Ne sicut patres eorum, generatio prava, et exasperans.
12. Generatio quæ non direxit cor suum, et non est creditus eam Deo spiritus ejus.
13. Filii Ephrem intendentes et mittentes arcum, conversi sunt in die belli.
14. Non custodierunt testamentum Dei, et in lege ejus noluerunt ambulare.
15. Et oblitii sunt benefactorum ejus, et mirabilium ejus quæ ostendit eis.
16. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Tanæos.
17. Interrupit mare et perduxit eos, et statuit aquas, quasi in utro.
18. Et deduxit eos in nube diei; et tota nocte in illuminatione ignis.
19. Interrupit petram in eremo, et adaquavit eos velut in abisso multâ.
20. Et eduxit aquam de petra, et deduxit tanquam flumina aquæ.
21. Et apposerunt adhuc peccare ei; in iram excitaverunt excelsum in iniquo.
22. Et tentaverunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis.
23. Et malè locuti sunt de Deo; dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?
24. Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundaverunt.
25. Numquid et panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?
26. Ideò audivit Dominus, et distulit; et ignis accensus est in Jacob, et ira ascendit in Israel.

c'est-à-dire, nos passions chéries, ni les richesses de cette terre maudite; consacrons-nous au Seigneur par la célébration de la pâque; levons les mains au Ciel comme Moïse, et souvenons-nous que Jésus-Christ, mille fois plus puissant que ce législateur des Hébreux, est notre chef et notre conducteur.

PSAUME LXXVII.

1. O mon peuple, écoutez ma loi; rendez-vous attentif aux paroles que ma bouche va proférer.
2. J'ouvrirai ma bouche pour proférer des paraboles; je proposerai en énigmes les choses qui se sont faites dès le commencement.
3. Que de choses nous avons entendues et apprises; que de choses nos pères nous ont racontées!
4. Ils ne les ont point cachées à leurs enfants, (elles ont passé) d'une génération à l'autre.
5. Et tous racontaient les louanges du Seigneur, ses grandeurs, les merveilles qu'il a opérées.
6. Car (le Seigneur) a établi un témoignage dans Jacob, et il a mis pour loi dans Israël.
7. De faire passer aux enfants ce qu'il avait ordonné à leurs pères; afin que la génération suivante eût cette connaissance.
8. D'où il arrivera que les enfants qui naîtront, et ceux qui viendront après eux, en instruiront leur postérité.
9. Afin qu'ils mettent leur confiance en Dieu, qu'ils n'oublient point les merveilles de Dieu, et qu'ils s'attachent à accomplir ses commandements;
10. Afin qu'ils ne deviennent pas comme leurs pères, une race mauvaise et rebelle.
11. Une race qui n'a point dirigé son cœur (vers la justice), et dont l'esprit ne soit point uni à Dieu par une ferme croyance;
12. Semblable aux enfants d'Ephraïm, qui tout habiles qu'ils étaient à bander l'arc et à lancer les flèches, ont tourné le dos au jour du combat.
13. Ils n'ont point gardé l'alliance de Dieu, et ils n'ont pas voulu marcher selon sa loi.
14. Ils ont oublié ses bienfaits, et les merveilles qu'il leur avait fait voir.
15. En présence de leurs pères il a fait des prodiges dans la terre d'Égypte, dans les plaines de Tanis.
16. Il a divisé la mer pour leur faire un passage, et il a rassemblé les eaux comme dans une outre.
17. Pendant la jour il les a conduits avec une nuée, et pendant la nuit il les a éclairés avec une colonne de feu.
18. Il a ouvert le rocher dans le désert, et il les a désaltérés comme s'ils avaient puisé dans des réservoirs profonds.
19. Il a fait sortir l'eau de la pierre, et il en a tiré des ruisseaux abondants comme des fleuves.
20. Cependant ils ont encore continué de pécher contre le Seigneur: ils ont irrité le Très-Haut, quand ils se sont trouvés dans une contrée stérile.
21. Ils l'ont tenté par la malice de leur cœur; ils ont demandé des viandes pour s'en rassasier.
22. Ils ont parlé insolemment de Dieu; ils ont dit: Dieu pourra-t-il dans ce désert nous fournir des mets en abondance?
23. Parce qu'il a frappé la pierre, que les eaux ont coulé, et que des torrents ont inondé ce désert.
24. Pourra-t-il aussi nous donner du pain, et préparer des viandes pour son peuple?
25. Dieu entendit donc (ce discours); il différa (ses vengances); cependant son feu s'enflamma contre Jacob, et sa colère s'éleva contre Israël.

27. Quia non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutaribus ejus.
28. Et mandavit nubibus desuper, et janias cæli aperuit.
29. Et pluit illis manna ad manducandum, et panem coeli dedit eis.
30. Panem angelorum manducavit homo; cibaria misit eis in abundantia.
31. Transiit austrum de celo, et induxit in virtute sua africam.
32. Et pluit super eos sicut pulverem carnes, et sicut arenam maris volatilia pennata.
33. Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum.
34. Et manducaverunt, et saturati sunt nimis, et desiderium eorum altit eis; non sunt fraudati à desiderio suo.
35. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, et fra Dei ascendit super eos.
36. Et occidit pingues eorum, et electos Israel impedivit.
37. In omnibus his peccaverunt adhuc, et non crediderunt in mirabilibus ejus.
38. Et defecerunt in vanitate dies eorum, et anni eorum cum festinatione.
39. Cùm occideret eos, querebant eum; et revertebantur, et diluculo veniebant ad eum.
40. Et rememorati sunt, quia Deus adjutor est eorum, et Deus excelsus, redemptor eorum est.
41. Et dilexerunt eum in ore suo, et lingua suâ mentiti sunt ei.
42. Cor autem eorum non erat rectum cum eo; nec fideles habitii sunt in testamento ejus.
43. Ipse autem est misericors, et propitiis fiet peccatis eorum, et non disperdet eos.
44. Et abundavit, ut averteret iram suam, et non accendit omnem iram suam.
45. Et recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens et non rediens.
46. Quoties exacerbaverunt eum in deserto? in iram concitaverunt eum in iniquo?
47. Et conversi sunt, et tentaverunt Deum, et sanctum Israel exacerbaverunt.
48. Non sunt recordati manibus ejus, diè quâ redemit eos de manu tribulantis.
49. Sicut posuit in Ægypto signa sua, et prodigia sua in campo Tanæos.
50. Et convertit in sanguinem flumina eorum, et imbres eorum, ne biberent.
51. Misit in eos cynomyiam, et comedit eos, et ranam, et disperdidit eos.
52. Et dedit ærugini fructus eorum, et labores eorum locuste.
53. Et occidit in grandine vineas eorum, et puros eorum in pruina.
54. Et tradidit grandini jumenta eorum, et possessionem eorum igni.
55. Misit in eos iram indignationis suæ, indignatio-

26. Parce qu'ils n'avaient point cru dans le Seigneur, et qu'ils n'avaient point espéré dans le salut qu'il voulait leur procurer;
27. Quoiqu'il eût ordonné aux nuées les plus élevées, et qu'il eût ouvert les portes du ciel;
28. Qu'il eût fait pleuvoir sur eux la manne pour s'en nourrir, et qu'il leur eût donné le pain du ciel;
29. Que chacun d'eux eût mangé le pain des anges, et qu'il leur eût envoyé cette nourriture en assez grande abondance, pour qu'ils pussent se rassasier;
30. Dieu fit donc souffler du ciel un vent du midi, et il amena par sa puissance un vent qui venait du côté de l'Afrique.
31. Il fit pleuvoir sur eux des viandes comme un tourbillon de poussière, et des oiseaux en aussi grande abondance que le sable de la mer.
32. Ces oiseaux tombèrent au milieu du camp et autour des tentes des Israélites.
33. Ce peuple on mangea, et s'en rassasia; Dieu satisfit leur désir: ils ne furent pas privés de ce qui faisait l'objet de leur cupidité.
34. Les viandes étaient encore dans leur bouche, lorsque la colère de Dieu s'éleva contre eux.
35. Il fit mourir les plus intempérants d'entre eux, et il enveloppa dans le châtiement les principaux d'Israël.
36. Malgré ces prodiges, ils péchèrent encore, et ils n'eurent point de confiance dans les merveilles du Seigneur.
37. C'est ce qui fit que leurs jours se consommèrent dans de vaines courses, et que leurs années s'écoulerent promptement.
38. Lorsque Dieu les frappait de mort, ils le recherchaient, ils retournaient vers lui, dès le matin ils venaient implorer son secours.
39. Ils se ressouvenaient que Dieu était leur appui, et que le Très-Haut avait été l'auteur de leur délivrance.
40. Ils lui témoignaient de bouche leur amour, et leur langue employait le langage du mensonge.
41. Car leur cœur n'était pas droit en sa présence, et ils n'étaient point fidèles à l'observation de sa loi.
42. Mais le Seigneur est miséricordieux, il se rendait propice à leur égard, il leur pardonnait leurs péchés, et il ne les exterminait pas.
43. Il ajouta à ses autres bienfaits celui de réprimer sa colère; il ne la laissa pas s'enflammer selon toute l'étendue de sa justice.
44. Il se ressouvint que ce peuple était charnel, que ses inclinations étaient aussi légères que le souffle qui passe et ne revient plus.
45. Combien de fois l'ont-ils irrité dans le désert; combien de fois ont-ils provoqué sa colère dans cette solitude?
46. Ils sont toujours retournés à leurs murmures, ils ont tenté Dieu, et ils ont irrité le saint d'Israël.
47. Ils ne se sont pas souvenus de sa main, de ce jour où il les a délivrés de la puissance de leurs oppresseurs.
48. Ils ont oublié de quelle manière il a fait éclater en Égypte les signes de sa colère, et la grandeur de ses prodiges dans les campagnes de Tanis.
49. Il a changé en sang leurs fleuves et toutes leurs eaux, en sorte qu'ils ne pouvaient plus boire.
50. Il leur a envoyé des insectes de toute espèce qui les dévoèrent, et des grenouilles qui les désolèrent.
51. Il a livré leurs froits à la rouille, et leurs récoltes aux sauterelles.
52. Il a fait périr par la grêle leurs vignes, et leurs sycamores par le brouillard.
53. Il a abandonné leurs bestiaux à la grêle, et leurs possessions au feu du ciel.
54. Il a déployé contre eux toute l'étendue de son courroux, de son indignation, de sa fureur; il a ras-

nem et iram, et tribulationem, immissiones per angelos malos.

56. Viam fecit semite ira suæ; non perecit à morte animalibus eorum, et iumenta eorum in morte conclusit.

57. Et percussit omne primogenitum in terrâ Ægypti; primitias omnis laboris eorum, in tabernaculis Cham.

58. Et abstulit sicut oves populum suum, et perduxit eos, tanquam gregem, in deserto.

59. Et eduxit eos in spe, et non timuerunt, et inimicos eorum operuit mare.

60. Et induxit eos in montem sanctificationis suæ; montem quem acquisivit dextera ejus.

61. Et eiecit à facie eorum gentes; sorte divisit eis terram, in funiculo distributionis.

62. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.

63. Et tentaverunt et exacerbarerunt Deum excelsum, et testimonia ejus non custodierunt.

64. Et avertunt se, et non servaverunt pactum, quemadmodum patres eorum; conversi sunt in arcum pravum.

65. In iram concitaverunt eum in collibus suis, et in scaltibus suis ad emulationem eum provocaverunt.

66. Audivit Deus, et sprexit, et ad nihilum redegit valdè Israel.

67. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.

68. Et tradidit in captivitatem virtutem eorum, et pulchritudinem eorum in manus inimici.

69. Et conclusit in gladio populum suum, et hereditatem suam sprexit.

70. Jvenes eorum comedit ignis, et virgines eorum non sunt lamentate.

71. Sacerdotes in gladio eorum ceciderunt, et vidue eorum non plorabantur.

72. Et excitatus est tanquam dormiens Dominus; tanquam potens erupulatus à vino.

73. Et percussit inimicos suos in posteriora; operibus sempiternum dedit illis.

74. Et repulit tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit.

75. Sed elegit tribum Juda, montem Sion quem dilexit.

76. Et edificavit sicut unicornem, sanctificium suum in terrâ: quam fundavit in secula.

77. Et elegit David servum suum, et sustulit eum de gregibus ovium; de post fetantes accepit eum.

78. Pascere Jacob servum suum, et Israel hereditatem suam.

79. Et pavit eos in innocentia cordis sui, et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

semblé tous les maux, et il les a livrés à sa persécution de ses anges.

55. Il a dirigé contre eux tout le cours de sa colère, il ne leur a pas épargné la mort, et il a enveloppé dans la même ruine leurs bestiaux.

56. Il a frappé tous les premiers nés de l'Égypte, toutes les prémices des familles (ou toute l'espérance, tout le soutien des familles) dans les demeures de Cham.

57. Il a transporté ensuite son peuple comme des brebis; il l'a conduit, dans le désert, comme un troupeau.

58. Il l'a fait marcher dans la voie de l'espérance; il l'a délivré de toute crainte, après avoir submergé ses ennemis dans la mer.

59. Il les a fait passer jusqu'à la montagne qu'il destinait à son culte, jusqu'à la montagne que sa droite avait acquise.

60. Il a chassé devant eux les nations, et il leur a distribué la terre, après en avoir fait faire une division exacte.

61. Et il a fait habiter les tribus d'Israël dans les demeures qu'occupaient les nations.

62. Ils ont tenu Dieu, ils ont irrité le Très-Haut, et ils n'ont pas gardé sa loi.

63. Ils se sont déjoués, et ils n'ont pas été fidèles à l'alliance: semblables à leurs pères, ils sont devenus aussi trompeurs qu'un arc qui n'a plus de ressort.

64. Ils ont excité la colère de Dieu par le culte des hauts lieux; et en adorant les idoles, ils ont irrité ce maître suprême et jaloux.

65. Dieu a entendu (les prières sacrilèges qu'ils faisaient aux idoles), il a méprisé son peuple, et il a tenu nul compte d'Israël.

66. Il a rejeté le tabernacle de Silo, ce tabernacle où il avait fixé sa demeure parmi les hommes.

67. Il a livré leur force à la captivité, il a abandonné ce qui faisait leur gloire entre les mains de l'ennemi.

68. Il a environné son peuple de glaives tranchants, et il n'a plus fait aucun cas de son héritage.

69. La jeunesse de la nation a été dévorée par le feu, et les jeunes filles n'ont point été regrettées.

70. Leurs prêtres ont péri par le fer, et il ne s'est trouvé personne qui pût consoler leurs veuves.

71. Enfin, le Seigneur s'est levé comme sortant d'un profond sommeil, comme un homme puissant qui signale ses forces, après s'être délivré d'une grande ivresse.

72. Il a frappé ses ennemis par derrière, il leur a imprimé une honte éternelle.

73. Mais il a rejeté le pavillon de Joseph, et il n'a point choisi la tribu d'Ephraïm.

74. C'est la tribu de Juda qu'il a choisie, c'est la montagne de Sion qu'il a aimée.

75. Et il a élevé son sanctuaire comme la corne du mouton, et il l'a établi dans la terre qu'il a fondée pour subsister à jamais.

76. Il a choisi David son serviteur: il l'a fait sortir de la bergerie où l'on enferme les brebis; il l'a tiré de la fonction de pâtre qu'il exerçait.

77. Pour être le conducteur de Jacob son serviteur, et pour prendre soin d'Israël son héritage.

78. David les a gouvernés selon l'intégrité de son cœur, et il les a conduits avec l'intelligence qui a signalé toutes ses œuvres.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — ATTENDITE, POPELE MEVS. Primi sex

(1) Psalmus didascalicus Asaph traditus, vel chorocantorum, quibus preerat Asaph, in templo canen-

versus sunt loco proemii, quibus excitat ad audien-

das, vel ab ipso Asaph exaratus, uti veterum plures aiunt. Sunt qui Davidi tribuant; quem, inquit, scri-

dum qualibus et quantis beneficiis Deus Hebræos affecerit, ut quàm illi fuerint ingrati includat. POPELE MEVS, ó populares mei. Nam Asaph loquitur ad captandam attentionem, non Deus aut David. A Matthæo interim, c. 15, v. 35, versus tertius tribuit Christo, sed per illam regulam quæ meminere veteres, seorsum Tertull. contra Praxeam: Omnes penè psalmi, ait, Christi personam sustinent, atque ob hanc causam Asaph typum Christi gerens, nonnulla dicit quæ Christo magis congruunt quàm sibi. Hoc enim ferebat illorum temporum ratio, ut mysteria Domini umbris ejusmodi et imaginibus velarentur, in quas possent introspicere ii quorum mens à Deo esset illuminata; ceteri præter ipsas umbras nihil penitus cererent. LEGEM MEAM, doctrinam meam. Unde et lex Hebræis dicitur *tora*, à docendo; non, ut apud nos, à legendo, vel ligando. Alii ad data præcepta restringunt, sed minis aptè. Nam mox se explicat. Quin non tam præcepta in lege tradita canet, quàm Dei opera, ne excidant è cordibus.

VERS. 5. — APERIAM IN PARABOLIS, stylo parabolico, tropico et figurato, non simplici et vulgari, sed artificioso et eleganti. Loquar parabolas, insignes, memorabiles, figuratasque sententias et propheticas. Quia vates parabolis utuntur crebris, fit ut parabola sumatur pro sermone prophetico, ut in Numerorum libro, v. 25, cap. 24. Hoc completum in Christo docet D. Mattheus, 13, 35, ut qui locutus sit in parabolis ad turbas, et sine parabolis nihil, figurarum velami-

psit, ut jus familie suæ in regnum ostenderet, ceteris tribubus exclusis, ac præsertim Ephraïm, quæ tribus, post Judam, hominibus opibusque omnium maximè floreat, penes quam, post Josue, Dei tabernaculum et arca fuerunt. Cùm verò Deus Davidem in populi duce regnumque elegisset, ac Sionem suam ipsius sui que templi sedem fore stituisset, Ephraïm suo jure cecidit. Aliis placet psalmum ad Ezechie et Isaïæ ætatem referre. Patres morali sensu explicant, veluti sint præcepta Christi docentis Ecclesiam, vel Dei Patris synagagæ erudentis. Putat Ferrandus tunc exaratum esse eum circa à Silo Hierosolymam translata est.

Duo sunt que mihi persuadent Psalmum non esse Davidicum aut Davidicæ ætatis, sed ipsâ Ephraïm et Judæ separatione posteriorè. Primum illud est, quod templi veluti jam conditi meminere; alterum, quod Ephraïm secessio à religione, et exclusio ab regni jure studiosissimè demonstrantur phrasibus odiosis, quæ Ephraïm in ea mala incurrisse, criminum et levitatis suæ causâ, indicare videntur. Id verò dici non nisi post Ephraïm ab Judæ secessionem potuit. Neque verò longius à Roboam vel successoris ætate remouendo consulti. Psalmista Davidis ætatem ac templi fundationem non prætergreditur: quare ad Asæ regnum spectare putamus, qui Asa cruento prælio Israelitas decem tribum aggressus, insigni victoriâ profugavit. Plures ex Ephraïmitis, cæterarumque tribum populis, imperio suo adjuvit Asa; ac paternam auctoritatem Josaphat, Asæ filius et successor, deinde servavit. (Calmet.)

Erravit igitur Rosenmuller, cùm dixit, carminis causam et originem ex domestico illo bello à Judæis cum Israelitis gesto, Abia Jeroabamoque regibus, cujus historia, 2 Chron. 15, habetur, esse repetendam, primum vidisse 3-hurrerum. (Editores.)

nibus mysteria velans, si que velata proponens, ut credentes ferè utrumque intelligerent, increduli non possent intelligere. Adde res gestas, quas hic Psalmus canit, esse earum numero de quibus Apostolus ait, 1 Cor. 10, 6: *Hæc omnia in figurâ facta sunt nostris, ut non simus concupiscentes malorum.* Et paulò post, v. 10: *Omnia in figurâ contingebant eis. Scripta autem sunt ad correctionem nostram, ad quas fines seculorum devenerunt.* Hinc mare Rubrum, manna, petra, Sinâ, quadraginta dierum mansiones, desertum, duodecim fontes, septuaginta palmæ, etc., mystica omnia et parabolica. PROPHETIONES, προβλεψαι, questiones difficiles, obscure, et disputabiles propter obscuram difficultatem apud philosophos. At Hebr. *hiddoth*, ænigmata, sententiæ involutæ quibusdam tegentes res arcanas et mysteriis plenas sub simplici aliqui ac plano literæ historiæ cortice. Quod proprium est Scripture, cui præter historiam et historicum sensum, subest allegoria, mysterium, anagoge, mirabilis sententiæ multiplicitas. Hinc tot modis inscribitur sumum Psalmum ob eas rationes, et alias explicatas supra, Ps. 48, 5. Ac quamvis nihil in eo videatur difficultatis, sed nuda rerum jam inde à majoribus gestarum, et quasi per manus posteritati relictarum historia, absque ullo verborum sensû abstrusioris involucri, ænigmata tamen appellat, sive *αἰνιγματῶν*, abscondita, ut habet Mattheus, ut significet aliquem esse hic sensum occultiorem et abstrusiorum eo qui primâ fronte videtur, ænigmata reverâ, et mysteria abscondita, quæ oportuerit Apostolum reserare, 1 Cor. 10, 12, 15. Hebr. 11, 25, 24, etc. Nam si pars historie itineris ex Ægypto spiritualiter accipitur, et cætera que ab eo prætermissa sunt ejusdem esse intelligentiæ convincuntur. Hieron. de 42 Mansionibus ad Babylam; si que docetur nihil esse tam nudum et simplex in Scripturis, cujus non sit profundissima sententiæ ac intellectus, quod etiam ostendit Augustinus Epist. 3 ad Volusianum, et lib. 2 super Genesim, et lib. de verâ Religione; item Gregorius in prologo Moralium, et Homil. 7 in Ezech., et in homiliis. Exempli causâ, hic non solum verba, sed etiam circumstantiæ rerum, quæ simpliciter posite videntur, spiritualibus sensu plene mysteriis, providentiæ Dei erga veterem Ecclesiam et populum, prædestinationis et electionis, quæ solum tribum Juda elegit, tabernaculi prioris locum repulit, Silo rejecti, Jerusalem pro templo sede assumpti, Davidem è pascuis in regem evexit, Sauli repudiato, potentibus et nobilibus populi præteritis. In quibus et aliis hujusmodi late reconditissima et secretissima sapientia. Accedit veteris historie gesta, non modò propter rei litteram canî, verùm etiam ad erudiendum, commonendum, instruendum, ut in eis tanquàm in pictâ tabulâ vel speculâ admirandum Dei sapientiam speculemur, juxta illud Pauli, Rom. 15, 4: *Quæcumque scripta sunt, propter nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.* Et alibi, nempe 2 Tim. 3, 16: *Omnia Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum ad corripiendum, ad erudiendum in*

justitia. Unde vel syllaba et apiculus unus in ea reconditum habet thesaurum, juxta Chrysostomum, in cap. 13 Gen.; Basilium, lib. de Spiritu S. ad Amp., et Hom. 6 et 10 in Hexam. Est enim *litter involutus*, Ezech. 2, 9, *signatus*, Isai. 29, 11, *spiritus et littera*, 2 Cor. 3, 6, *scriptus in intus et foris*, Apoc. 3, 1. Intus, per mysteria et spiritualia; foris, per sensum littere et historiam; intus, invisibilia et caelestia foris, visibilia et terrena emittans. Ad intro. Hebraice, *Mini kedem, de initio*, de rebus ab initio gentis nostrae factis. At Matthaeus reddidit, cap. 13, 35, *constitutiones mundi occultata*, in quo confirmat nostrorum Septuag. vertendi rationem ad sensum, non perpeluam ad verba.

VERS. 4. — QUANTA AUDIVIMUS, ET COGNOVIMUS EA. Construit cum precedenti, mutat personam. Loquitur quanta audivimus, sive scripta, sive per manus ad patribus accepta. Nam proemium novum est absolutum. Unde Hebraice *asher*, quae quidem, QUANTA, ergo non interrogat, sed sumitur, pro quae, qualla, quaecumque, quantumcumque, ut et infra, v. 8. Attingit autem duplicem modum sciendi: unum per traditionem, alterum per scripta.

VERS. 5. — (Et quae) NON SUNT OCCULTATA, à posteris eorum, loquitur. Ad verbum: *Non occultabimus à filiis eorum.*

VERS. 6. — NARRANTES LAUDES DOMINI. Refertur ad vers. 4: *Quanta audivimus.* Ibi enim cooperat per enallagen mutare numerum. Aliqui ad finem ejusdem versus: Patres nostri narraverunt nobis, narrantes, id est, narrando et predicando laudes Domini. Sed Hebraice conjungitur cum verbo primae personae. Vinctus, fortitudines.

VERS. 7. — ET SUSCITAVIT TESTIMONIUM. Ille incipit narratio. Quare, Hebraicum (et) Latine redundat, et duntaxat convertit futurum in praeteritum. Auspicatur autem à legislationis beneficio. Legem vocat testimonium, quod per eam Deus sit testatus de sua voluntate, et quid à nobis fieri velit; vel quod eam cum contentatione deserit. SUSCITAVIT, statuit, stabilivit, surgere fecit, ad verb.

VERS. 8. — QUANTA MANDAVIT PATRIBUS, quae (nam Hebraice est *asher*) videlicet (testimonium et legem) declaranda posteris praecipit, ut hoc sit parentum officium. NOTA FACERE, ut nota facerent. ALTERA, sequens. Hebraice, *postrema, novissima.* Itaque aliqui exponunt, non de securata aetate, sed de christiana, quae est aetas ultima, secundum 1 Joan. 2, v. 18, et 1 Cor. 10, v. 11, et 2 Tim. 3, v. 1, quoniam quantitas adventum Domini praestolatur, neque habitura est alteram, quae ipsi succedat, ut olim Judaica.

VERS. 9. — FILII QUI NASCENTUR, asyntheton. (Et) filii, etc. ET NARRABUNT, ut erant.

VERS. 10. — UT PONANT IN DEO SPERM SEAM. Summa legis divinae et scopus, ut Deum cognoscamus, cognitum vereamur, timeamus, colamus; culto confidamus et pareamus. Deut. 34, 12, 1 Tim. 3, 16. EXQUIRANT, custodiant prop.

VERS. 11. — EXASPERANS, Deum scilicet. Heb. *recedens, rebellis.*

VERS. 12. — GENERATIO, quae non direxit, ad rectitudinem et justitiam non paravit, neque disposuit. Hinc Hebr.: *Non paravit, optavit.* ET NON EST CREDENS, firmatus. Et ejus spiritus non est creditus, id est, non fuit firmus, fidus, fixus in Deo. Non credit, et firmior ei adhesit. Quilibet occasione ad murmuraciones et contumelias se vertebat, parum memor superiorum Dei operum. Se loquuntur, quia fides sive credulitas Religiosis debet esse firma, et constans.

VERS. 13. — FILII EPHEM INTENDENTES. Secunda propositio, sive sententia de filiis Ephraim ante exitum de Aegypto, ut sit historia caballica, de qua R. Selomo ad illud, Exod. 15: *Contemnerunt habitatores Philistinum: Tremant, inquit, Philistiis, propterea quod occiderunt filios Ephraim, qui autevententes tempus ingrediendi promissam terram, magna vi in ipsorum regionem ex Aegypto exierant, sicuti attingitur in lib. 1 Paralip. c. 7, v. 21: Occiderunt autem illos Gethaii.* Alii malunt commemorari peccatum istorum, et calamitates, in quas inciderunt in deserto post exitum, propter neglectam Dei voluntatem et oraculum, de quo agitur in lib. Paralipomenon, ibidem, vel certe libris Judicum vel Numerorum, quando inobedientes voci Domini ceciderunt sub Amaleitis et Chananeis. Alienis de clade à Philisteis accepta, in qua Dei arcem amiserunt. Nam istud infra canetur, v. 67 et seqq., item ut per filios Ephraim intelligantur decem tribus, quae cum debuissent jurare novo regi, retrocesserunt, 3 Reg. 12, v. 16; vel synecdochice totus populus Israel, eò quod in tribu Ephraim primum omnium locus fuit divini cultui consecratus in Silo, Jos. 18, v. 1, regnum in Galgala ejusdem tribus oppido 1 Reg. 11, v. 15, et post divisionem regni in Sichem, Thersa, Samaria, 3 Reg. 12, v. 25, et 15, v. 33, et 16, v. 29. Aut ut respiciat ad arcem captam in Ephraim, cujus tabernaculum postea repulisse Deum canat ad Psalmi extremum. Nam milites erant ex omnibus tribubus, tametsi ex Ephraim praecipue, qui essent arcem studiosiores; quod eam haberent in sua tribu, et nolent in aliam transferri. Quin et summa imperii ante reges fuit penes illam tribum. Ephraim autem scribitur pro Hebraeo Ephraim, ut et apud Joannem 11, 4: *Civitas quo dicitur Ephraim, Eppha,* et apud Nonium Joannis poeticum interpretem *Eppha,* per e loco *a* (mendose forsàn), quoniam veteres olim scribebant *a* pro *a*. Hinc enim celebratur Jerusalem, etiam Chaldaicis, Graecis, Latinis, pro Jerusalem duali numero, et apud Epiphanium *πεπρωτα* pro *περωτα*. INTENDENTES ET MITTENTES, periti rei militaris et artis jaculandi. CONVERSIS SUNT, in fugam versis sunt, fugerunt. Ad verb.: *Armati, jaculantes arcu verterunt (terga) in die belli (1).*

(1) Ab exemplo majorum generaliori descendit rates ad speciale defectionis aut pervicacie exemplum; ab Ephraimitis prebitum, ut proinde non incommodè ex vers. 8, repeti possit particula similitudinis; ut ne essent sicut filii Ephraim, ejusmodi exemplum subaudiende particula similitudinis addit Psal. 58, 9, conf. Coh. 8, 1. Integri versus sententia igitur talis

VERS. 14. — NON CUSTODIERUNT TESTAMENTUM, foedus

est: No similes sint Ephraimitis, qui quamvis rei militaris peritissimi, instructi armis et arcibus, nihil tamen profecerunt, sed proelio commisso in fugam conversi sunt.

Ceterum haec ad singulare aliquod factum respectum habere, dubium vi esse potest, cum rectè observante Schurrero, causa non intelligatur; cur et Ephraimitae magis quam alii, et cur hoc maxime loco commemorandi fuerint. Quod ipsum jam antiquissimos interpretes intellexisse, apparet ex Chaldaicis hujus loci explanatione, quae haec refert ad ea quae 1 Paral. 7, 21, 22, narrantur, ante tempora Moisaica exitusque ex Aegypto, tentasse adversus Githaeros aliquid Ephraimitas, et, ut verisimile est, propter promissionem factam patribus de terra Canana, non expectato tempore, quo Deus populum ad illam terram occupandam peculiariter evocaret; quae res et propterea infeliciter cessit, et fusi fugatique fuerunt à hostibus, quorum pecora abegerunt. Verba Chaldaici interpretis ita sonant: *Cum habitarent in Aegypto, eperberunt filii Ephraim, terminum (exitus ex Aegypto) staverunt et erant, et egressi sunt triginta annis ante terminum cum armis bellicis; et fortes, gestantes arcum, terga dederunt et occisi sunt in die eorum bellicarum.* Apparet autem ex indicato loco libri Chronicorum, vivente adhuc Ephraime hac facta esse à filiis et nepotibus ipsis, cum ad eum consolandum convenissent, qui amisset in eo proelio vel filios vel nepotes novem. Ita igitur citaret hoc Psalmographus ut exemplum antiquissimum insolentiae tribus Ephraimiticis, atque fiducia suarum virium, cum prodicatur (vers. 2) se ex antiquitate reputurum, quae dictum sit, et ordini recessionis, modè de Ephraimitis dicitur, hoc loco praemittitur exitus ex Aegypto. Sed quoniam ad illam historiam nostrum locum referamus, impedit vers. 11, ubi Ephraimiti filia fuisse dicuntur oblii facinorum, quae Jova patribus ipsorum ediderit in exitu ex Aegypto. Taceo alias conjecturas satis refutatas à Schurrero, qui perquam apposite observat verba nostra ita esse comparata, ut unam aliquam sanque notabilem, et poete aequalibus bene cognitam, rem gestam innere debeant. Atque, quam locus hic carminis spectare possit, pugnam haud frustra requiras in annalibus et Judicis. 2 Chron. 15 legitur, bello Abiam inter Judaeorum et Jeroboamum Israelitarum regem orto, et illum fortissimorum hominum quadraginta milia in e aciem eduxisse, hunc videm lectissimorum fortissimorumque militum millia octoginta. Ille ex monte Zenamarum in tractu Ephraimitico verba ad Israelitas facit, Jeroboamo perfidiam in regem à Deo constitutum, populo sacrorum mutationem et à vero Numine defectionem exprobrat, contra se suosque in pristina religione et antiqua in Jovam fide persistisse gloriatur; hoc, quem illi descroerint, se nunc duce et auspice ut, veri Numinis sacerdotibus, classicum mox canturos, se secum habere, et Jove ipsis esse causam agere; nolint igitur adversus Jovam facere, à majestibus ipsorum cultum, quod non possit non funestum eventum habere. Deinde cum vident Judaei, se insidiis circumventos esse, atque à fronte et à tergo urgeri, Jova sui fidem implorant, sacerdotibus tubas inflantibus; mox hostes à Deo percursi in fugam se conjiciunt, et horribilem stragem eademque patiuntur. Haec clades cum plausissime dicitur consecuta esse ex defectione Israelitarum à Jova, habes omnino, quò respixisse putare possis vatem, perhibentem Ephraimitas in fugam conjectos esse, propterea quod foedus cum Jova factum violaverint, immo ejus lide permanere recusaverint. Quod autem Ephraimitas dicit poeta Israelitas, difficultatem non habet. Nam et Jeroboamus, auctor conditorque regni Israelitici, et Ephraimita ortu fuit (1 Reg. 11, 26), et copiarum, quae contra Abiam eduxit, potiorum pariem ex

Dei cum suis patribus, et secum. Gen. 47, 11, 40, etc. Exod. 24, 10, 11, 12, etc.

VERS. 15. — ET MIRABILIUM EIUS QUAE OSTENDIT, TAM IN TERRA CHANANAE ANTE DESCENSUM IN AEGYPTUM, QUAM IN AEGYPTO.

VERS. 16. — CORAM PATRIBUS EORUM FECIT. Tertius locus de exitu Israelitarum ex Aegypto. TANES, Tanis, urbs Aegypti ad Nili ostium, quod prope Taniticum appellatur, apud Ptolomaeum et Strabonem, lib. 17, quod alias Sotticum apud Stephanum de uribus. A Tsoham, videlicet. Sic enim Hebraice et Aegyptiæ appellabatur (corruptè deinde Tan et Tanis) hic, et alibi, Num. 45, 19. Regia urbs etiam tempore Isaiae, Isa. 49, 11, ubi Moses prodigia ediderat, 180 stadiis à Memphis, ex Josepho. Campum autem appellat regionem ejus, sive ob plantium, sive ob fecunditatem et amoenitatem, è Nili praesertim irrigatione.

VERS. 17. — INTERRUPT MARE ET DEDUXIT EOS. Quartum beneficium de diviso sinu Arabici. QUASI IN UTRE, vel quasi in cumulo. Utri veluti inclusit, ne in eos fluere. Aquas maris Rubri, quasi in acervum vel murum congesti, ut transitioni fugientibus praeheret. *Ned hic pro Nod, utre, accipere.*

VERS. 18. — ET DEDUXIT EOS IN NUBE DIEI. Quintum beneficium nubes contra solis aestum, ignis noctu viam ostendens. *In nube, per nubem, praesente nube interdui, et tota nocte per lumen ignis quadraginta annorum spatium, quoque trajiceret Jordanem.*

VERS. 19. — INTERRUPT PETRAM IN FRETUM, RUPEM HOREB. Hebraice *surim*, petras, sive cautes. Bis enim aquam è rupe elicuit, duobus mensibus ab exitu nondum expletis in Raphidim, deinde post annos quadraginta in Cades, quoniam differenter. Nam è prima percussione extunditur fluvius manans quatuor millaria, tantum enim distat Horeb è Raphidim, ubi consistebant Israelitarum castra. E secunda petras aquarum vivientium; fortasse autem petra. Singulari numero extulerunt, quoniam juxta traditiones Hebraicas unica fuit petra, diversis regionibus et temporibus percussa Rabbi Mose, Nahamidea, ubi addit majorum esse sententiam quoque, ut hic fons ex Horeb non modò instar fluvii aquas fuderit totis quadraginta annis quibus existerent in deserto, sed et illos comitatus sit per deserta quocumque tandem dimoverit. Cai congruit Apostolus, dicens 1 Cor. 10, 4:

Ephraimiticæ tribu, omnium, quibuscum juncta erat, numerosissima, collectam fuisse, credibile est ex eo quod sedes belli esset in provincia Ephraimitica. Constat praeterea, post secessionem decem tribuum populique in duas civitates disjunctionem, usu sensum invaluisse, ut novum regnum non Israelitis tantum, sed et, maxime in graviori dicendi genere, Ephraim nomine designaretur, ducto illo ab ea tribu, quae reliquis et hominum multitudine, et vi atque auctoritate antecederet. Et quòd clades ipsi non copiosius fastidiosè celebratur, sed paucissimis tantum verbis absolvitur, et quasi significatur magis quam expicitur; credibile fit, ab illo auctore, quo res omnis, prout gesta esset, in hominum memoria versaretur, omnibusque loca esset et pervulgata, remotum haud fuisse auctorem carminis. (Rosenmüller.)

Bibebant omnes eundem potum, de spiritali eos consequente petra, quasi petra sive rupes illa pro varietate migrationum moveretur et consequeretur, quemadmodum de columnis nubis et ignis constat: nisi malis consecuta petram, id est, petra fluxum, per derivationem videlicet et deductionem aquae a populo ad loca castrorum procuratam, sive per ipsius Dei transmissionem et directionem. Nec obstat quod in deserto excitatum sit alterum murmur ob aquae penuriam: ut secundum educeretur aqua ex altera rupe post annos triginta octo. Nam de hac ipsa rupe, nempe de priore hac Rabbini veteres et recentiores intelligunt, cujus aquam tradunt defecisse propter Mariae mortem, donec secundum educeretur ex eadem ad secundum de aqua murmur. Vide Num. 20, 16 et Seder olan, cap. 9. Hinc R. Isaac, Exod. 17: *Hæc petra Horeb est illa Cades*. Num. 20. *Nempe puteus Mariae, qui illos est comitatus quadraginta annis: sic dicitur, quoniam tot annos cum illis fuit Mariae merito*. Hoc autem sextum est beneficium. ADAQUAVIT, potavit, potum largiter dedit sumpti similitudine à gregibus pecorum, quae propriè adaquantur. Adde quod non tantum ipsis, sed et ipsorum jumentis aqua illa sufficiebat, idque per tot annos.

VERS. 20.—ET EDEXIT AQVAM, rivos propriè, fluentia, ad copiam et perennitatem indicandam. Sic in hac educatione prodigia et signa illis fecit: primo, in terræ Ægypti; secundo, in Rubro mari; tertio, in deserto per annos quadraginta, Act. 7, 36, donec pervenirent ad terram promissionis, ubi nec eos unquam miraenlis; et præsentia sua destituit. FLUMINA, per modum fluminis. Item autem enunciat per epexegesin, ad miraculi magnitudinem ostendendam, quæ in duobus sita fuit: primum in aquæ affluentia, deinde perennitate. In affluentia quidem, quia ex Horeb, ubi rupes percussa est, usque ad Raphidim, ubi tum erant castra, per duas leucas aquæ exundarunt in modum fluminis, secus quam in Cades, in qua mansione veluti fossus est puteus, sive fons fundens aquas quidem vivas, sed non ut fluvius, longè latèque diffusas. In diturnitate autem, quoniam hic ex Horeb manans fluvius fuit *pelo kajam*, miraculum permanens, per annos scilicet quadraginta. Idè enim, nonnisi post mortem Mariae secundum et ultimum de aqua murmur excitatum est. Ubi nota quatuor fuisse in deserto miracula permanentia et perennia, per annos quadraginta: columna nubis, columna ignis, manna et petra, sive petra Horeb fluxus, et Hebraei omnes, scorsum R. Mose, et R. Isaac, ut aquas illas proinde Aben Ezra appellet, *Nemanim*, fideles stabiles.

VERS. 21.—PECCARE EI, contra eum. IN IRAM EXCITAVERUNT EXCELSUM. Deum supremum, et in caelis habitantem. IN AQUOSO, in deserto aquis carente ob siccitates, in loco arido Arabiae.

VERS. 22.—ET TENTAVERUNT, et explorarunt, an sic posset facere, in loco, qui proinde sepulchra concupiscentie dicitur est. ANIHABUS Suis, sibi, vel cupiditatibus suis.

VERS. 23. ET MALÈ LOCUTI SUNT DE DEO. Nam dubi-

tare de ejus omnipotentia, est de Deo malè loqui; sive, ut Hebraica sonant, loqui in Deum; et Graeca, *καταλάσας τὸν Θεὸν*, DE DEO, contra Deum.

VERS. 24.—QUONIAM PERCUSIT PETRAM. Continuat mimesis, et cadit in sequentem versum. Si (ita Hebraicè, id est, quoniam, per concessionem) percussit rupem, et fluxerunt aquae torrentibus exundantibus, an etiam (propterea) poterit panem suppeditare, et carnis copiam suis facere, quasi dicat: Non sequitur ut si unum potuerit, et jam fecerit, alterum possit. Nam est facilius educere aquas è rupe, ut quæ jam intra suas concavitates, aquæ venas præsentibus habeat, quam tante multitudini proferre panes et carnes. Ite ingenium impiorum exprimitur, qui sic solent minuere Dei miracula, et somnariare eorum *ἀεὶς ἀπεργασίας*, seminarias rationes esse in naturâ, etc., tribuere fato, casu, naturæ, quod uni Dei potentia est ascribendum. Item claudere oculos ad præcedentia Dei beneficia et miracula. Nam, Exod. 16, 12, ante petrae percussione et exundationem jam coturnices Dei miraculo acciperent. Hic enim agitur de secundâ carnis appetitione.

VERS. 25.—NUMQUID ET PANEM. Carnem interpretatur Kimbi è simili loco, Num. 22, quod non inveniantur appetivisse panem in deserto. Atqui in Exodo, 16, 3, id faciunt. Unde ejus loco manna consequuntur, et panem à Deo appellari audiunt. Panis enim Hebraicè nomen est generale ad omnem cibum. Interim hic carnem intellige, quoniam miraculum mannae antecessit petrae percussione. Manna enim pluitur, Exod. 16, 14. Petra in Horeb, populo versante in Raphidim finditur, et aquam emittit, Exod. 17, 6. Hoc igitur perinet ad Num. 11, 4. Unde versus sequens planè derivatus est è primo versu illius capituli. Verba enim Mosis sunt hæc: *Quod cum audisset Dominus, iratus est, et accensus in eos ignis Domini devoravit extremam castrorum partem*. MENSAM. Hebr., carnem, ut sit epexegesis, et se interpretur; et sic vocem *scheer* exponunt Septuag. infra, vers. 52. Hic autem fortassè mensam, ut representarent geminam vocabuli significationem, quod est, residuum, id est, reliquum est reliquum, præter panem. Item quia miraculum hoc rupis exundantis bis factum est, primò in Raphidim, deinde in deserto Cades, sicut et coturnices. Primum in deserto Sin, triginta diebus post exitum, deinde post annum integrum ad sepulchra Concupiscentiae, ubi carnis usi sunt per triginta dies, quousque Dominus de illis supplicium sumeret.

VERS. 26.—IDÈ ADVIT DOMINUS, ET DISTULIT, promissum scilicet de terrâ, et misericordiam suam præ iracundiâ conceptâ, id est, ut Hebraica sonant, et valdè iratus est. IGNS, vehemens et inflammata Dei indignatio. Nam ira est quidam ignis et calor, nempe ebullitio sanguinis circa cor, propter appetitionem vindictæ. Aliqui ad litteram: Iratus misit ignem, qui devoraret eos qui essent in extremitate castrorum, Num. 11, 2, 3. Unde locus *incensio dicitur, è quòd succensus fuisset contra eos ignis Domini, in Jacob, contra*. IN ISRAEL, contra Israelen. Ascendendi autem verbo

utilitur, quoniam, ira initium ducit à corde, deinde in cerebrum, faciem et nares attollitur.

VERS. 27.—NEC SPERAVERUNT IN SALUTARI, in salute ejus et auxilio, in salutaribus promissionibus.

VERS. 28.—ET MANDAVIT NUBIBUS, id est, rorsum mandavit. Nam alia beneficia incipit canere, de quibus Moses agit, Exod. 16, 13, 14, et Num. 11, 9. Et, adversativè aliquando, et tamen, attamen. Quamvis tam fuere ingrati et indigni, tamen non desit eis providere copiosissimè de escis. DESUPER, quæ (nubes) supra eos in aere pendebat. JANEAS COELI. Nubes aeris rupit, ut pluerent, utque copiosum mannae rorem fundirent. Etiam cœlum dicitur de aere in vulgatis linguis. Lucret.: *Cœlum, qui dicitur aer*. Janæus autem appellat rupturas nubium, per quas manna egrediebatur.

VERS. 29.—ET PLEUIT ILLIS MANNA, magna abundantia effudit. PANEM. Hebraicè *degan schamdim, triticum caelorum*, id est, aeris. Nam cœlum pro aere passim. Tritem, quod ex aere descendit, vel Dei triticum à Deo paratum; cœlum enim inter cætera Dei epitheta ponitur, ut Dan. 4, 4, et 3 Reg. 8, 23, vide Eliam in Tishbi. Nempè manna illis erat loco panis triticeo et delicati, triticum veluti caeleste. Unde pilo comminabatur, pinsebatur, pistum in furno coquebatur, instar obrizæ, frigebatur oleo, in placentas mellitas. Denique quocidquid fit è farina, ex eo conficiebatur, ut colligitur ex Exod. 16, 13, 19, Num. 11, 41, Sap. 16, 20, et Hebraeorum monumentis. Septimum Dei gratæ patres beneficium, panis cœli, id est, coelitus delapsus. Per hyeronem proferunt. Nam hoc miraculum non simul factum eum miraculo daturum carnium; multò enim ante manna miserat, ubi ex ipsius occasione pro carnibus murmurant. Man appellatur Hebraicè quasi apparatus, id est, cibum quem Deus illis præparaverat, vel juxta Sepharadi, qui per se erat paratus, nec indigebat aliâ preparatione, ut qui sic comedi posset absque ullo alio apparatu, etsi posset in omnem lautitiam et pulmentum verti, ut supra dictum, à *minna*, præparavit. Alii (nam recentiores dum in etymo mannae invercundè erudent hallucinatam totam antiquitatem, variè illam querunt), alii, inquam, ut Kimbi in Rad. à *mana*, ultima per apocopen resecta, *portatio et donum* (à Deo profectum). Veteres autem, et rectius, quid, id est, cibum quem admiranter, pro *ma*, quod fecerunt, quasi cibum ignotus, non vulgaris, neque ordinarius, de quo illud veterum Hebraeorum apud R. Isaac, in 1 Gen. Manna cibus erat corporeus, qui in ipsis membris digerebatur (nedum in stomacho), nec turbabat mentem. Quare traditum nobis est fuisse symbolum cibi iustorum in futuro seculo. Posteriorem hunc etymum sequuntur Septuaginta. Josephus, lib. 3, c. 2, Hieronymus, Rabbi Selomo, ut refert Aben-Ezra, et veteres ferè Hebraei, nempe ut *man*, pro *ma*, cacophonie gratiâ enuntiatum sit, nun per paragogen posito. Addit Rabbi Selomo *man*, aliquando Chaldaicè hoc designare, id est, neutrum, *quid*, etsi crebrius *mascedinum, quis*. Quod mirè congruit cum mysterio. Nam lex querit: *Quid est hoc?* Evangelium autem

respondet: *Hoc est corpus meten*. Manna absconditum et umbraticum in lege, revelatum et vivum in Evangelio.

VERS. 30.—PANEM ANGELORUM, delicatissimum, preciosissimum, divinæ admirandaque virtutis et succi, Sap. 16, 20. Sic et Chaldaeus, cibum qui descendit de habitaculo angelorum. Sic veteres Hebraei, quos hic Septuaginta sequuntur, ut ferè ubique, in tractatu Ioma, panem fortium manducavit homo, id est, quem comedunt angeli ministerii, verli, R. Akiba. Etsi enim angeli non comedant cibum, tamen quia eorum subsistentia, sive status et permanentia est per Dei fulgorem ac lucem: manna autem est de divini fulgoris, supernæque lucis naturâ, ut homines manna comedentes et angeli alantur eodem cibo (per metonymiam scilicet, quâ manna symbolum celestis pabuli pro re accipitur). Hæc illi. In fonte autem *abirum*, fortium, sive robustorum. Epithetum angelorum, qui fortitudine et virtute excellunt mortalibus, 2 Petr. 2, 4. Manna dicitur cibus angelorum eximius et singularis. Nam angelis tribuntur singularia et admiranda. Quo idiotismo dicitur à Paulo, 1 Cor. 15, 4, lingua angelorum, id est, excellentissima, admirabilis, cum quâ nulla possit comparari, et à Joanne, Apoc. 21, 18, *mensura angeli*, id est, maxima. Item quia eorum ministerio in aere productum est; vel quia non de terrâ, sed de supernis descendebat in terram; vel quia Christo in cœlo fruuntur, qui figurabatur hoc manna, Joan. 6, 32, 49, 50, et 1 Cor. 10, 4. Christus enim est verum manna, qui de cœlo delapsus conservat et passcit omnes sanctos, sive in hac vitâ per sacram Eucharistiam et gratiam; sive in æternâ, per clarum sui visionem et conspectum. Hinc etiam de humanitate Christi D. Petrus scripsit, in quem desiderant angeli *prospicere*, 1 Petr. 1, 12: possit esse hyperbole poetica ad exaggerandas hujus cibi delicias, quasi angeli, nisi vacarent corporibus, et cibo invisibili et incomprehensibili vescerentur, eo essent lubet usuri. Quo tropo cibos aliquos dicimus esse reges, etsi illis reges non vescuntur, sed quia ejus suavitas sunt, ut etiam regibus ipsis apponi mereantur. Ita vel propter illius cibi præstantiam, vel extraordinarium illius dandi modum, vel delineationem spiritalem, non humanus cibus, sed angelicus dicitur. Sic enim poeta nectare et ambrosia immortalitatis felicitatem figurarunt. Aliqui *abirum, fortium*, quòd tali pane fortes et robusti redderentur. Confirmabat enim corda summentium, quo modo panis Eucharistia: corroborat corda communicantium, in vitam æternam, Joan. 6, 50, 51. Cabbalici, *abirum*, per transpositionem exponunt, *abirum, membra*. Manna panis membrorum, quia tam facilis erat concoctionis, ut digeretur in membris, non onerato stomacho, capite fumis non tentato, etc. *Nubium* novè aliqui vertunt. CIBARIA, comæmentum, vaticum misit eis ad saturitatem; Gall., *Provision*. Ea enim latè per desertum, et circum castra parserat.

VERS. 31.—TRANSTULIT AESTRUM DE COELO. Octavum beneficium, Num. 11, 31. *Transtulit, ἀνέγε*, abstulit, cessare fecit, removit, transmutavit in alium ven-

tum, depulit austrum, ut Africum vehementer coturnices substitueret. Alii contra, excitavit, flare fecit austrum de caelo, id est, de caeli, austrive cardine ad convehendas carnes : itemque Africum, quasi adhiberit duos ventos ad majorem avium copiam, defendendam. Ad verbum, *prospexit fecit. Egressus ventus à Domino, tollensque à mari coturnices, projecit in castra*, ibid. *Austrum, sicut à hadim*, Hebrais flat à *hadem*, id est, oriente. Flare fecit eorum, sive ventum orientalem, de caelo, id est, de aere, sive in caelo, id est, per caelum et aeren. Sed Septuaginta habuerunt rationem loci, in quo erat Judea, non desertum. Nempè ex Arabia plagà orientali; item ex Africo *veti*, id est, plagà deserto occidenti, ventorum impulsu aves eis coegit, Num. 11, 51. Africus autem ex opposito euri flat, *theman* Hebraicè, quae est à filio Ismaelis dicta regio, Gen. 25, 15. Vel secundum priorem verbi transitu acceptationem, ventum induxit, qui ex occidente aves copiosè adveheret, quas eurus abigebat suo impetu et violentià.

VERS. 52.—PLEUIT SUPER EOS Sicut PULVEREM, è materia pluviae produxit, vel instar pluviae, vel è loco pluviae, nempè è caelo, sive aere effusè demisit, *sicut pulverem carnes*, tanta copia, quanta est pulvis, innumerabilis, mirabilis et insatitè multitudine, adeò ut è sexcentis millibus pedum, quilibet ut minimum decem coros replet, et eas per gyrum castrorum siccaret per mensem integrum, ut ne hoc Moses quidem posse fieri crederet, etiamsi cuncti pisces maris in unum congregarentur, et in carnes vertentur, Num. 11, 19, 20. CARNES, aves, praesertim coturnices, ibid., et Exod. 16, 14. VOLATILIA, quia coturnicibus aliae aves mixta erant, vel, posteriori hae pars prioris est expositio, ut saepe alias.

VERS. 53.—CIRCA TABERNACULA EORUM, (et) circa per asyntheton Hebraeorum inter duo. Adumbrat locum numerum de coturnicibus incredibili copìa demissis in media eorum castra, sed et circumquaque *ventus egyptiis à Domino abreptus trans mare coturnices detulit in castra, itinere, quantum uno die confici potest omni ex parte castrorum per circuitum. Volabantque in aere duorum cubitorum altitudine super terram.*

VERS. 54.—NON SUNT FRUSTRATI, privati, Hebraicè, *alienati*, sensu invariato. Israelitae ad voluntatem exauditi sunt, non ad utilitatem, ut intelligamus Deum iratum aliquando dare quod petimus, et negare propitium.

VERS. 55.—ADHUC ESSE EORUM ERANT IN ORE, mense vertente. Optatà enim cupiditate eos saturavit; sed in ipsà tamen saturatiòe torsit.

